Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uos · Dico enim uobis qd no bibam de gnacōne uitis donec
regnū di uenat · Et accepto pane · grās egit ac fregit · Dedit
eis dicēs · Hoc est corpus meū · quod pro ūobis datur · Hc facite
in meam cōmemorationem · Similit · Calicem postq cenauit di-
cens · Hic est calix nouū testamentū in sanguine meo qui pro uobis
fundetur · Verumtamen ecce manus tradentis me mecū est in
mensa · Et quidem filius hominis secū qd definitū est uadit ·
uerūtamen ue homini illi p quem tradetur · Et ipi ceperunt quærere
inter se · quis ergo ex eis qui hoc faturus esset · Facta est autem contē-
tio inter eos · quis eorum videret esse maior · Dixit autem eis · Reges
gentium dominantur eorum · et qui potestatem habent super eos benefica
vocantur · Vos autem non sic · Sed qui maior est in uobis fiat si-
cut minor · Et qui precessor est sicut ministrator · Nam
quis maior est qui recumbit an qui ministrat · Nonne qui
recumbit · Ego autem in medio uestrū sum sicut qui ministrat ·
Vos autem estis qui permansistis mecū in temptationibus meis ·
Et ego dispono uobis sicut dispposuit michi pater meus regnum
ut edatis et bibatis super mensam meam in regno
meo · et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus
israhel · Ait autem dominus · Simon · Simon · ecce satanas expeti-
uit uos ut cribraret sicut triticum · ego autem rogauit pro te
ut non deficiat fides tua · Et tu aliquando conuersus confirma fra-
tres tuos · Qui dixit ei · Domine tecum paratus sum et in car-
cere · et in mortem ire · Et ille dixit · Dico tibi petre · non cantabit
hodie gallus · donec ter abneges nosse me · Et dixit
eis · Quando misi uos sine sacculo · et pera · et calceamentis · nu-
quid aliquid defuit uobis · At illi dixerunt · nichil · Dixit
ergo eis · Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter · et peram ·
et qui non habet uendat tunicam suam · et emat gladium · Dico ei